

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Relatio Traiani Boccalini Ex Parnasso Ad Aulum Gallionem : Calendis
Decembribus Anno M.DC.LXXIV. scripta ; Continens Fatum Potentiae Seu
Praecipitium Wenceslai, Ducis Saganensis, Principis Lobkowici ...**

Gratianopoli, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777763028/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028/phys_0001)

DFG

Linnin im Tafel (T.).

Re. 644 (60) ^{1-18.}



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777763028/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777763028/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028/phys_0004)

DFG

14

RELATIO
TRAJANI BOCCALINI
Ex
PARNASSO

AULUM ^{Ad} GALLIONEM
Calendis Decembribus ANNO

M. DC. LXXIV.

scripta,

CONTINENS

FATUM POTENTIAE

scen

PRÆCIPITIUM

WENCESLAI, Ducis Saganensis, Princi-
pis Lobkowici, Aulæ Cæsareæ Ex-Præfecti,
Ex-Consulis & Ex Præsidis Silesio-
rum.

GRATIANOPOLI

1675

15

16

17

C. Tac. An. 13. c. 19, 1.

Nihil rerum mortalium tam instabi-
le & fluxum est, qvam fama potentia
non sua vi nixæ.

Idem An. 4. c. 1. 5.

Corpus Sejano laborum tolerans; a-
nimus audax; sui obtegens; in alios cri-
minator; juxta adulatio & superbia;
palam compositus pudor, intus summa
adipiscendi libido.



TRAJANI BOCCALINI

RELATIO

EX PARNASSO,

ad

AULUM GALLIONEM

Anno M. DC. LXXIV,

Calendis Decembr. scripta.



Educe nuper in Parnasso ex Germaniæ plagiis Mercurio, crevit in animis Patrum Conscriptorum & incolarum acris cura, qvi novi rerum successus recenter evenissent? Cur Deorum Nuncius festinato itinere præter morem & ante tempus definitum, domū properasset? Germani Gallique Proceres, qvi in cœlesti hoc orbe feliciter degunt ac eminēt, gnativer quisq; investigare, perquirere, trepidare de exercitu- um statu ac sorte, pugnarum fortuna pacis bellive fato? Ast dum talia singuli pro suæ Gentis gloria & emolumento agitant, sciscitantur, & latiora qvæque suæ parti exoptant aut sperant, inopinato demum omnes intellexerunt, argumen- tum longè diversum delitescere. Etenim serpebat Rumor in Parnasso, uti civitate ampla, qvæ magni secreti impatiens est, in Aula Cæsarea contigisse mutationem portento similem; Fastigio nimirum suo deturbatum recenter, uti ante lustrum, primariæ dignationis administrum; series tamen

A 2

rei &

15

16

17

4.

rei & qvid patratum, & qva de causa? haec tenus in obscuro
incognitumq; erat. Etenim Parnassi civibus illicitum ab-
dita Principū, & si qvid occultius parant perqvirere, donec
Apollo idē publicū esse sinat: Cuncti inexpectato hoc nun-
cio consternati, diversos animorum motus, sermonesq; de
belli Ducum fide perfidiaq; ediderunt. Pleriq; metuebant
novas technas, & periculū Optimi Maximi Imperatoris Leo-
poldi saluti, rursum adornatū, scilicet hostili hoc tempore, u-
bi per fas nefasq;e damnum infligere, atq; insidiis fraudu-
lenter grassari, impii mortales permisum sibi credunt. No-
tatu est obmutuisse statim Gallos, forsitan ne sese improbi
moliminis structores profiterentur, vel intempestivē & præ-
fractē negando majus odiū suscitarent. Reperitur in Apollini-
nis Parnassino territorio infinita Poëtarum Satyricorū copi-
a, qvorū multæ magnæq; cohortes, in custodiā corporis Prin-
ceps sibi se posuit, atq; in Pallatio excubias agere jussit, reli-
qui per vias & compita distributi, ut pravis barbarorū con-
tabus, hostibusq; liberaliū artiū, promptè occurrant; illoru
extremis castris Provincia data, explorare consilia totias or-
bis, & si qvid scitu dignū innotescat, è vestigio & priusq; vam
aculeata carminum arma expediant, ad Principis aures de-
ferre. Interea Mercurius præcipiti gressu, indictaq; causa,
Apollinis Numen adiverat, studia idecirco acrius exarserunt,
cunctis ad penetrandum attentis, qvid insolens mortalium
ambitus peperisset?

Poëtae alias in laribus suis enixō cultu afficiunt tutela-
tem suā Deam Famam, atq; nunc Eandē consuluerunt, qua-
re ingens consternatio apud Sapientiæ Proceres exorta sit,
respondit Diva recepsuitq;, die IX. Octobris Vindobonæ Au-
striorum, præter omnem expectationē, Cæsaris jussu, captū
& detentū, ex familia præcipui Ministri servū amanuensem;
ac pari fato Dominum è culmine suo præcipitatum, civiliter
mortuum

5.

mortuum rideri magis quam fleri, exhorrescenda in utrumq; indignatione vulgi, ingenti strepitu & clamore, noxia capita in Vindictā & Poenam sibi depositis. Satyrica perinde ingenia ut oestro percita, & divino suo furore impulsa, rem altius ordiri insuper habent, confessim contendunt artis & venae felicitate ostentare, acumen vibrare; gratulantur sibi epigrammatū fabricatores de occasione oblatā, perstringendi vitia. Ovidio Nasoni, novissimæ Metamorphoseos pangendi jus & facultatē, asseclæ non patiuntur præripi. Juvenalis in Venalē Amanuensē acerba ludibria parabat, cum ille Poëtaster qvā Latii Sermonis nimiū rudit, supra cœteros sui ordinis versificatores eminere prætulisset. Quo minus ad manus perveniret lymphata gens, Ciceronis aliorumq; ex Collegio Oratorū intercessione factum est. Hi enim intellecto dissono tumultu, placido sermone persuadere annixi sunt, differendū esse ambitum, non pugnandū An-debattarum more, expectatione opus, donec Apollinis declaratione constet uberior, de fatali hoc lapsu, pateatq; an mortuo civiliter justa facienda? qvomodo nomini illius decentato parentandum? an non funus illustre panegyrin, & cuius ex ore mereatur?

Mitigata parumper factio, ecce præsens Mercurius, Delphico Oraculo ita jubete leviter exprobravit præpostera studia, & æmulandi libidinem arrogantiamq; ve; cùm nō deceat Parnassi Cives inconsulte agere, nec eventū mirari, non inspecta ancipiti rerum humanarum constantia, & Aularū Lubrico vel ludibrio; scilicet prius noscendum seriem casus & qualitatē, ne inepto vel iniqvo judicio nos impediamus.

Vocatis igitur ex cuiusvis Collegii Virtuosorū (ut vulgo loquimur) Primicōriis, dixit Mercurius; Ante decursum aliquę annorum, emptum Principi Lobcovvicio, Duci Sag-
nenſi, Aula Imperatoria nunc ex Præfecto, mediocri pretio

A3

per-

15

16.

17

peregrinū Mancipium, non unius facinoris reum, falsi com-
 pertum, relegatum, lenocinii insimulatū, patria profugum,
 Rufini vocabulo indigitatum, altero privum oculo, adeo qvę
 in actionibus ædilitii edicti obnoxium: imo ad æs & libram
 æstimatum, versutia, fraude, & proditoris meditamentis,
 ceterorū qvi inveniri possint, servorum improbitatē præpō-
 derasse. Verum abdicata hac juris facultate, flagitia manci-
 pii omnibus palam nota, Dominus solus voluit nescire; imo
 ea caritate Rufinum suum amplexus est, ut totius familiæ
 hominibus non tantū, sed qvibuscunq; aliis anteferret. Ad-
 monitus Princeps, gratia & honore sibi larga manu attribu-
 tis, Rufinum arroganter abuti, ambitiose jactitare, se in san-
 ctiorum consiliorum conscientiā adsumptum & adoptatum,
 nihil se inscio statui aut patrari. Proinde solerti cautione
 hic opus, indubitatum enim, venalē illius animum, manus-
 q; rapaces qvæstui prostare, & plus offerenti semper apertas
 esse; Idoneis testibus ac Scripturis, temeratæ jā tum fidei in-
 cusatū, publica vqce criminacionibus adspersum, nulla de-
 fensionis specie nomē liberasse, silentio facinora non diluisse,
 sed potius confessum esse, ac omnium ore damnatum.
 Contemnere Dominus delationē nisus, suamq; famam per
 servi scelerata labefactari; nisi qvod interdum perfunctorie
 instaret, aut potius amice hortaretur, incumbere ipsi, ut
 crimē impactum, acceptæ nimirum ab Emissario exterī
 Principis pecunia, idonee excusaret, neve speraret, tantum
 nefas silendo evanidum fore. Rufinus ad hæc, adornatam
 jam litem adversus delatorē, preces jam judici competenti
 oblatas, se id satagere, quo de innocentia sua orbi & urbi
 abunde constet. Ast falsitatis & oris impudentiam exitus
 monstravit, cum justiriā sibi administrari, Rufinus nunqvā
 petierit, contentus auri pondere, nefarium nomen & tur-
 pitudinem sceleris ex facili tolerans.

Aulam

7.

Aulam in stupore egit summi Praefecti sui insolens æ-
quanimitas, cum nemo ab immitti ejus ingenio severitatē
separari posse, crederet, nisi occultā quādā ratio ita juberet,
quā tamē suspectari aut rimari, anceps & intutum, exhorre-
scientibus cunctis atrocis animi impotentiā, non imparem
ad cujusvis fortunā famamq; subruendam. Id tantum mi-
rati sunt omnes, qvod profanus Dominus, omnis ferè pie-
tatis illusor & contemtor. Rufini sui fucata pietate, quasi ex-
cæcatus, aliis persuadere allaboraverit, in hominē conspe-
ctæ sanctitatis & innocentia ejusmodi suspicionum probra
neutiquam cadere.

Securus idcirco superba Dominationis apud Herum,
animum ejus usq; quaque subegit, & in triumpho duxit, ut
tuto vel impudenter proloqveretur; ardua negotiorum &
consilia Reipubl. incolumentem continentia, suo adsensu
transigi, imò à suo nutu pendere. Grassari Rufinum ne-
fandis artibus, ingeniumq; sordidum in conqvirenda pecu-
nia unicè exerceri, illumq; Domini autoritate tectum cun-
ctis illudere, nec Cæsari Aulæ, nec ignorabatur, ideoq; publi-
co nomine insinuatum hero, familia sua abigeret, aut ma-
numitteret pestilens Mancipium.

Surdo narrabatur fabula; adultam utriusq; amicitiam
mutuumq; amorē ut dissuerent, salubres admonitiones fru-
straneæ ac prorsus invalidæ, è contra secretiores & nocturnæ
sermocinationes cottidie invalescebant, & impensiore cura
freqventabantur. Hac via Rufinus exploratoriæ artis appri-
me gñarus, solerter penetravit, qvid de die in diem rerum
gereretur, proterra autem mens & auri sitibunda, nihil lan-
ctum aut occultum relinqvens, ubi utilitatis spes fulsit, pro-
fanare omnia susq; deqve habuit. Apud Junonem qvon-
dam liberiore accessu gavisus est, ac familiari colloqvio ea
sine discriminē effutire licuit, quæ vulgari poterant, aut
reticeri

15

16

17

reticeri debebant; præcipue in id edoctus & incumbens, ut heri sui gloriam, felicitatem, potentiamq; pridem vacillantem & lapsabundam, veris fictisq; præconiis adstrueret, ac pro viribus firmaret vel stabiliret. Sed perfidum os, ea qvoq; subinde dixisse, ex propria ac spontanea confessione scitur, qvæ Domini famam ancipitē reddere, fortunæq; præcipitiū accelerare valerent. Demum Rufini animus effrons, eousq; depuduit, qvod palam effaretur, cum de Augustis nuptiis ageretur, sese autore deniq; statutum, qvænam in sinu Jovis recubaret Dina? indeq; opimo præmio se dignum; qvod si non daretur, minas adjecit, de vindicta pœnitenda. Qvanta dementia fuit? putare, aut sibi noceri ne à jove quidem posse, aut se nocere etiam jovi posse. In verbis non semper terminabatur Rufini audacia, sed qvoties opus, Domini furiosam potentiam exuit, cum illam adeò possideret, ut carminibus & incantamentis eam sibi mancipasse, non omnino vana conjectura sit. Qvis crediderit? summam Cæsaris vigilantiam & industriam ne Resp. detrimentum patiatur, in hanc delictorum seriem durare potuisse, qvin justo suppicio reatum tolleret? Censem prudentiores, excluso non ita pridē magni nominis Ministro, horruisse, & hæfisse Clementissimam ejus indolem, renovare rursus asperitatem & pœnam, provocareq; æqua vel iniqva Mundi judicia. Scilicet maluit benigno svalu modestiam & obsequium impetrare, ac placidiorem obicem malignis consiliis ponere. Postqvam verò hoc etiam inane fuit, vicit deniq; injuria atrocitas, ut fulmine stricto noxia Capita qvateret.

Primitus Secretorum Præfecto inelyti nominis & fidei viro, negotium datum, ut Rufinum in custodiam traheret. Insigni dexteritate hic opus erat, ne perficacia Rufini semper fugæ intenta, sacras aras pro more amplecteretur, aut alio effugio erumperet avolareq; Confectum hoc absq; ullo

ullo strepitu, procax mancipium ad interiores Austriae cancellos vocasum, comparuit, dictatam sibi præter opinionem captivitatem, initio suporbè renuit; visa autem necessitate præsenti, & qvod Imperator juberet, stetit extra se positus, famulo eadem Carceris fortuna cessit. Itur statim ad Domum Lobcowicianam; & memoratus præfectus, litteras, scripturas ac codicillos, Heri juxta ac Servi, Cæsari sibi quæ vindicatas secum avexit, nullo ex doméstico renitente, in scio etiam Domino, qvi tum temporis in sanctiori consilio, consuetum locum & suffragium occupabat.

Sagaciores aulici haud difficulter prævidebant, non ha-
suram in scelerati mancipii captivitate, Cæsaris indignationem. Noverant qvippe fatum potentiae raro in Aula semper internæ, & Præfecti lapsantem iudicis autoritatem; constabat ab aliquo tempore, amicitia Cæsarea speciem, quam vim illum obtinuisse. Optime sciebat Lobcowicius, quemadmodum Domini favorem extorsisset, tum quo superciliosus qibusque meritis gratiam avertisset; fastidiumque sui creasset provocassetq;. Tanto tamen astu fortunæ fugam celavit, ut nec ipse videretur sensisse, assiduus in Regia, iram Cæsaris & ludibria Ministrorum, ferendi constantia superare autu-
mans: Epulatus etiam domi bis terve cum inferioris classis nobilibus; nam primi ordinis mensam & familiarem con-
victum, jam damnati, merito oderant. Et cum liebeti alioquin menti perspicuum esse posset, ab Apice suo dejectum eum, cuius servus & condicilli attinebantur, nomen etiam non occulte traducebatur; indignati sunt omnes, cur di-
missionem ab Aula, quam dudum habuerat, non impetraret, aut generoso consilio spontaneoq; secessu, novissimum iustum præveniret, prout ante hac Ratisbonæ Divi Ferdinandi III. tempore, illum factitasse ajebant. Verum maluit usi-
tata dissimulationis larva velatus, locum, quem propitiis
gratiis

gratiis obtinuerat, semper insistere, præfecturas & opima officia retinere, opes jam cumulatas ulterius augere, sordes & avaritiam aperte profiteri, qvam id agere, qvo nominis & famæ decus, in extrema senecta incolume ad posteros transmitteretur.

Igitur atrox demum detonuit fulmen, die XVII. Octobris cum in procinctu staret, præter morem festinantius Aulam & Consilium ingredi, scriptum, Cæsaris nomine träditum recepit; Quo dignitatibus ac muneribus exato, injungitur Lobcovicio, ut intra triduum Regia & Urbe faceat, domi sua in Boemia Raudnicii maneat, & exsulet; indeq; non discedat; aut cum quoquam litterariorum commercium frequentet. Caùsam hujus sententia scire neutiquam ambiat; inobedienti vite bonorumq; amissio statuta.

Qva vultus hilaritate, qvibusq; assuetis salibus & facetiis, proscriptus viderit ferales tabulas, qvilibet haud difficer conjiciet, occultos pectoris motus solerter premere doctus, nunc pallido ore calamitatem suam ostendit. E vestigio adiit vicinum Mystam intime sibi notum, rigidioris eqvidem inter stoicos philosophos disciplinæ hominem, aula tamen non ingratum, eumq; plorandæ sortis suæ partipem reddidit. Verum ubi intellexit, solamen unicum mœstia, horridam patientiam remedium ulterius nullum, nec tristi adulatio locum supereesse, ægerrimè tulit. Attamen revocato paulisper animo ad artes & simulationem suam reversus, mentis tranquillitatem studiosè prætulit, adeoque inolitos fucos prompsit, ut in porrectiore fronte, ferociæ & asperrimæ indolis ulla turbulentia indicia aut signa non peluerent.

Aulæ proceres & reliquum vulgus, plusqvam lapideo frigore obriguisse visi sunt. Principio omnibus silentium ingens, fremitus rursum, & dimanante mox famâ atrocitas

rei

II.

rei multos ad contemplationem coegerit. Mox de obscura fa
cinoris causa, variæ & interdum periculosæ conjecturæ. Ma
gnatum ferè neminem, signa misericordiaæ vel odii mutave
runt; anxii qvidem & perterriti, dum sortis humanæ fragi
lem conditionem, ex priori fortuna secum agitant reputant
ve. At verò crudele simulacrum, qvod supplicii cultu adsi
cere ac placere oportebat, nek tamen devotis submissisque
hostiis satis permulceri poterat, à celsissimo culmine pro
stratum cernere, clam gaudebant, & onere jugoque excusso,
sibi invicem gratulabantur, quasi recenter libertatem ade
pti, vel emancipati & sui juris facti; prudentes, ruinæ cau
sam non in ira Domini, sed puniti væcordia stetisse. Imò re
ferebant aliqui cladem hanc, ad Divinam talionis legem, me
mores, qvibus machinis hodiernus Ex-præfectus sui ordinis
socium Aurimontium, invisum sibi & æmulum, nuper amo
litus erat. Ajebant nunc illum cunctis pœnam dedisse, qui
universos vesana protervia læserat, linguaque lasciva petu
lantia sauciarat; aut si offendendi libidinem mitiori voca
bulo temperare velimus, orbi terrarum imponere & illude
re, virtutum suarum maximam profitebatur. Singuli certè
invicem qvesti, qvibus simulata amicitia fallaciis, qvibus
injuriis, dicteriis & cavillis, non sine dedecore, tamen ipsius
met cavillatoris, affecti erant.

Cæterum cum publicor: consiliorū fortunam respice
rent, damnabant immensum ambitum & effrons desideri
um Ex-Consulis, qvi ejecto jam æmulo, & pesumdato Auri
montio Secretioris Senatus Præsidium (Directorium di
cunt) specie vicariæ opis, sibi petere & arrogare, Cæsarique
timorem extorqvere, ausus fuerat; facinus certè, si patrifam
ilias intra privatos pœnates accidisset, servo sæva castiga
tione luendum; in homine civilem prudentiam & experi
entiam professo eò acrius multandum, qvod non publici bo
ni, sed privatæ rei agendæ vel firmandæ auctoritatis gratia

tyrannidem illam appetiisset qvibusvis in auxilium vocatis
 artificiis, acqvirere machinatus esset. Projecto Atlas sui tem-
 poris Divus Leopoldus, firmiores cervices incumbentium
 negotiorum oneri jam dudum opposuerat, in tutelam ire re-
 cusavit, prudens sciensqve quantum ex Republica peteretur,
 & qvod Ex-Consulis socordia, ac vigor animi vergens, moli-
 sustinenda impar foret, qvodqve cum Diocletiano muscas
 captando occupatus, extrinsecis corticibus inhærens, inte-
 riorem negotiorum vim, ad aliorum curam & laborem re-
 jiceret. Credere fas est, dum Cæsar Ex-Consulis stolidam
 ambitionem, supra omnia jura & leges attollere abnueret,
 (ne summo rerum ac deliberationum illum amplius mun-
 ret, utqye in hac eminenti libertate cum exteris amicitias
 pro libitu obruere, aut injurias fraudesqve Rempublicam
 spectantes, pro sua libidine & privata cupiditate, permulce-
 re & negligere posset.) emotæ plerumqve mentis hominem
 ita irritasse, ut postmodum ad reproba, & deteriora qvæque
 flectere coptaret. In animo revolente iras, etiam si impe-
 tus offensionis languesceret, ob acceptum videlicet plastrū
 argento signato gravidum, memoria forsitan adhuc valebat,
 qva furiosa in consilia propelleretur. Noverint Dii! nove-
 rint exterorum Principum Legati! & qvibus aliàs altior in-
 tellectus. Qvanquam enim obseqvium publicè non exueret,
 abitum tamen & secessum ex Aula, simulare ac minitari non
 erubuit; postqvam enim eximios reditus ac fructus collige-
 ret perciperetq; annuatim, ex sublimiorum munierum pos-
 sessione, qvotiens ad abdicationē vanam & irrisam revolve-
 retur, judicabant omnes, precandam posthac Modestiam,
 ut contentus esset.

Veum immanem ambiendi libidinem, prodere perre-
 xit Ex Consul, incumbens spei, qva illi indulgeri non licuit,
 scilicet giganteo conatu, aliis novisq; cuniculis dominatio-
 nem

nem expugnare aggressus, in lucro habuit occasionem oblatam, qvod cœlibi Domino Conjux qværeretur; fovit igitur illam per qvam Austrum sanguinem misceret, & Augustæ Domui ad finis ipse insereretur. Timeri me herculè meruit novissimus Sejanus, audaci consilio plusquam civilia agitans, limites sua fortunæ prætergressus. Tanta qvippe est inslanae mentis aviditas, & propagandæ dignitatis, cumulan-
diq; auri & opum, insulsa lubido, ut prudentissimum qvemque sua dulcedine convulsum, transversum agat. Qvis enim svationes illas privato destinatas commodo, ac desiderio solùm svadentis, non ratione nixas, manifestè non deprehendat & abominetur? Ex-Consul tamen tot annis tot rebus exercitus, non omisit pertinaciam suæ destinationis, serere couitiae, calumniis lacescere, atqve in maledicendâ scenam cavillandive consortium, illustrium fœminarū maximè garrulas illicere & stimulare, sui nec amplius memorē furere, & qvod incredibile ultimis probris differre perqvā unicè sibi obstari putabat. Abrupta contumacia Dominū terrere, & à meditatis nuptiis abstrahere sategit ac molitus est.

Hisce institutis invidiam & odium provocasse Ex-Præfectum, nemini dubiū, cum enim exspes desiderii esset, aliud metuere & anxius agere visus est. Cæterum haud vanè tunc conjicere licuit, mox odio & iracundiæ reliqvas cupiditates cessisse, & efferatam ejus mentem violenta magis rabiie exarfisse. Perindè in proclivi est ut credatur, Ex-Consulem ultioni intentum, consiliorū flexu & gyris (uti erat mirandus Aulicarum machinationū artifex) negotia torsisse, inquinasse; silendo, loquendo, ac per Rufini flagitosissimam interpretationem lingvæq; ferociam, temerasse ac profanasse; in adversa castra transisse, hic militasse, alibi pugnasse. Scilicet contumax animus, sinistris non secundis Reipublicæ successibus exultavit, frangi qvam flecti ma-

Iuit, palam' ostendit, præfractè ac eleganter cunctis illudere non omittens; neqve etiam aversæ junonilitare sustinuit, quasi non Diabolus qvoq; suum fulmen esset; Sed genuina clavis causa, recondita pectoribus eorum hæret, qvibus conscientia facinoris permissa est, eoq; anxiori cura & impatientia sollicitas mentes macerat; sed frustraneo conatu notitiam anhelant, qvibus adyta rerum haud patent.

Apud imperitum vulgus propitia fama floruerat Ex-Præfetus, cum initio magistratus bonis consiliis innotescere cupiens, munera fôrdibus constans peccus opposuit, ac de illibata justitiae administratione solerter agens, venalios captatores increpationibus & cavillis severè castigavit.

Proxima eidem cura fuit, hirudines Reipublicæ & subjectorum, ærarii scilicet curatores, & peculatorum infinitum numerum, pro merito coercere, ingenti applausu populi, qvilevamentū vestigium, & exprimendas jam spongias sperabat, sed exitu repente euanido. Nam haud dici perseveravit penes gnaros rerum aestimatores ejusmodi innocentia, & Ex-Præfeti publico emolumento tantum dediti, sensus & encomium, cū ipse hiantibus semper fauibus non pœnitendos pecuniarum acervos deglutiret, qvæsito inani colore, productis ratiociniis, docentibus, ex mutuo aliisq; titulis olim debita nunc exacta solutaq;. Instruta taliter scena, evidens fuit ab Ex-Præfecto nihil actum, qvam inani terriculamento, fisci ministris, uti puerulis vetulæ solent larva obducta pavore injicere, prædam deinde sibi tribuisse. Delibatus hisce rigor Ex-Præfeti lentescere coepit, & qvamvis palam excandesceret, clanculariæ nihilominus conspirationis, cum ærarii curatoribus deprehensus fuit. Utrinq; scilicet id actum quo sub specie inimicitiae, tuitius ac commodius qvisque pro se tenderet, nemine fraudum vestigia perreptante.

Inde

Inde plebes prorupit, initio scelestum Rufinum rabido furore, omnibus diris devovere, ad patibulariā crucem destinare, vel suis dentibus ad excarnificandū postulare. Tantus ubiq; fremitus & obtrecentium procax Clamor, ut perduellis, proditoris, perfidiq; nomina, ipsiusmet Ex-Consulis aures personarent, cū vicinum templum adiret. Publico igitur abstinere, & domesticis laribus se includere satius duxit. Luctuosa rerum facies, spectare eum vix uno alterove famulo comitatum, qvem antehac virorū illustrium & nobilium magnæ catervæ stipabant, & qvem alias Optimates cuncti metuebant, nunc à sentina vulgi jurgiis & injuriis affici, & singulorum ludibriis impunè patere. Summum doloris & ignominiaæ fuit, celsissimæ autoritatis Dominum, nunc deterrimo mortali vilissimoq; mancipio æqviparari, utrumq; uno nomine ut socium & correum appellitari ultima dignum miseratione vel indignatione, infamiam hanc ad posteros duraturam.

Cesertum adeo Ex-Præfecti limen, ut nemo compareret, qvifomenta vulneri superadderet, dolorem mitigaret, nullum enim sincera caritate in amorem & amicitiam pertraxerat, neminem ex prioribus candidè colere, officiis aut beneficiis obstringere unquam studuit, vel infra Majestatem suam ratus, qvenquam sibi in fortunæ vitæq; subsidium adsociare. Forte etiā animus sævus, & enorme supercilium haud patiebantur ullum in clientelam fidam allicerere aut assumere. Candor ipsi nullus, qyomodo enim qvoslibet aversando, ad seamandum provocaret? Et Mecaftor, qvi qvotqvot sunt mortalium immani arrogantia despexit, illudq; Tiberianum, oderint, dum metuant! factis perpetuò exprimens, dulcissimum humani pectoris affectum, amorem, sperare, aut alios in veram sui venerationem illigare valeret; Eousq; dilexit Tiberii artes Ex-Consul, ut com-

paratione instituta, scripsit nuper non nemo, illum fuisse per omnia, qualis Tiberius. Hic occultabat omnes animi affectus, qua cupiebat non dicebat; cum oratione vultus pugnabat; quod expetebat detestabatur; amplectabatur quod oderat; irasciebatur non conturbatus, conturbabatur non iratus; Sic stringebat inimicos & amicos, verbo, ad simulandum & dissimulandum fidus & faetus erat, astutus Tiberius. Sed quid? quis crediderit Tiberio? nullus; verum amicum habuit nullum. ipse omnium amicus fucatus, inimicus verus; contabuit omnium odio miser, Tiberius.

Qvamprimum amoris & amicitiae mentio injecta, recordantes memorabant, qvotiens illud, turpe senilis amor! ex prompserant videntes, Ex-Præfectum noctu diuq; illustres foeminas adselectantem. Conjugē quasi repudiata, certè à thoro & mensa sponte separatus, cœlibis instar vitam ducebatur, mulierum tamen dulci perpetuo innexus, ex formoso puellarum grege venustissimas deperire adsvererat, Ea ratione, imagines illæ animum perambulabant, ut semihomines vocaret, qvi sese optimo humanitatis gaudio spoliarent nec amarent; Et qvanquam dimidiuscui, ad solida & summa hujus generis vota improba non daretur aditus, in secundis tertiiisq; haererent. Qvis enim ajebat, nisi Saxeus, inter tot radiantium oculorum fulgura non accenderetur, & lento incendio deflagraret? qvis gemmeos vultus, micantibus genis inter nitentem purpuræ svavitatem, & rutilantia oscula, qvæ Jovem in omnia animalia mutarent, corā explorans non possit non adorare? Ex-Præfetus certè in facie totius aulæ Gratias illas devoto & exqviso cultu veneratus est, splendidissimis donis ac gemmeis munusculis sollicitè ad aras Divarum litans, ut qvalemcunq; speciem vel umbram mutui amoris redimeret. Benevolo interdū nutu, mox indignatione audacioris societatis & seqvelæ, magnatus anxius semper egit, amoris pervicax, Nulla

17.

Nulla verò nisi fortunam & felicitatem hominis suscep-
xit aut in familiaritatem admisit; unaqvaq; in id intenta, ut
depontani senis tenacitatem, in juvenis prodigum luxum
converterent, & non pœnitenda mulcta insanias coercerent
cupiditates.

Qui enim annorum mole pressus senecio, solidam ex-
hauriret voluptatem? Qvænam matronarum, nisi ex infes-
torum furiis, frontem in cultissimis sulcis minacem, vultum
torvum, Verticem crinis egenum, sterile caput, necnulla ad-
optiva coma, aut capillamenti cincinnis in juvenilem nitore
adornatum, in deliciis numerasset? hiatu patens os, barbam
que muco tabacoq; concretam vel conditam osculata esset?
Nulla illotis se spurciscoq; manibus, aut digitis plusquam ac-
cipitrinis ungibus armatis in prædam dedisset, aut in pre-
tio habuisset, squalorem decrepiti hominis, nisi aureo im-
bre qvandoq; madefacta, æstum & pulverem restingveret.
Ambitu tamen fœminæ exarserunt, suam qvæq; nobilitatē,
formam, potentiam contendere, ac digna tanta amicitia o-
stantare; in hoc callidè, ut Ex-Præfecti voluntatem amoris
vecordem sibi mancipient, post munera, officia, dignitatē
tes, pro libidine sua ut spolia dividerent; Vel versutæ in hoc
conspirarunt, ut delirium amoris, in profusissimi risus & lu-
dibrii argumentū crederet, eo innocentius qvidem, quod
hoc modo turgens crumena reseratetur, & strictissimæ ma-
nus homo donare nesciens, effuse hic spargeret ac perderet
amicas opes. Plausu solum & petulanti joco excipienda sce-
na, nisi & Republicæ illusisset. Libido & voluptas apud Ex-
Consulem, rubor autem & dedecus prostitutæ Pollutæq; ve
primariae dignationis altius hæsit. Commeantibus qvippe
reciproci cotidie epistolis, amantium iras & amoris redin-
tegrationes continentibus, dum commessiones fœmina-
rum cœtus, & colloqviorum turta animo voluit ExConsul,

C

tempus

15

16

17

tempus negotiis, consiliis debitum effluxit, mora damno-
que in rerum agendarū pernitiem redundantē, cum occasio-
num velocitas periret. Non latuit toties præmonitum Ex-
Consulem, quanto errore insaniret, sed qvo minus fortiori
consilio abdicatis vitiis, ad virtutes & officii curas rediret,
lascivi invidiam exempli auferret, effeminata consuetudo,
& mentis pervicacia prohibuerunt.

8.
Ineptiens interea vulgus nugacem impuramq; Ex Præ-
fecti vitam excusit, privata occultaq; vitia, fœdos mores,
obscenitatem oris lugillavit, ex fatui, ut individui socii ge-
nio ac consortio cuncta æstimans, veros qvam falsos utrius-
que lulus narravit, contendit, ridendaq; facinora, meritisp;
cavillis & cackinnis traduxit & reprehendit. Ex-Consul res
suis domi componit, non qvidem ultimam voluntatem or-
dinando, sed debita & æs alienum solvens. Cæterum ubi
ad Domestica servitia perventum, nulla largitionis vel libe-
ralitatis vestigia, sed pristinæ tenacitatis sordes aperuerunt.
Avaritiam vel plebeio opifici pudendam, nec patrandam, ad
versū miseris & inopes homines usurpavit; ad stipulantibus
in rei qvæsi bene gestæ gloriā vel infamiam libertis, qvibus
honestæ pariter ac inhonestæ laudare mos est. Incubabit qnī-
cè corrasis unde qvæq; opibus, qvārum custodiā cum omnes
aspōtare neqviret, unice Cordi habuit, secum qvidē in pa-
triā insigne partē avexit; sed providentia non eo usq; va-
luit, ut securos sibi redderet Thesauros, publico namq; Cæ-
sarī jussu, qvod reliquum erat, postea detentum & ob signa-
rum fuit.

Illuxit demū fatalis dies, qvo civile fūmus efferendum.
Summo igitur manē, pacatis prius Diis manibus apud San-
cti Augustini fanum, excessit, evasit, erupit Ex-præfetus
Ex-Consul, Ex-Præses. Rariores ex familia servi, necessitate
adacti privata, qvam amore & muneribus inducti, cadaver
eqvuti sunt.
Nullæ

Nullæ illic nenia, nulla luctus imitamenta comitabantur, nisi debachantis lascivientisq; plebis non planctus, sed plausus, non suspiria sed dicteria, non preces sed execrations. Hæc dum edislereret Mercurius, Ex-Præfecti casum, haud valdè mirati sunt virtuosí, habentes in oculis Lerma-nos, Bironios, Ancreos, Guisios, aliorumq; præcipitatorum exempla. Portento tamen proximum judicarunt, insolentis hominem ingenii, factis virtutibus tam diu in aula palliatu, cunctis sua culpa in visum & superbia exosum, fastigium tueri potuisse. Abominabantur idolatriam, qva furiis circiter agitatus Dominus, funestum Mancipium, Rufinum scilicet suum adoraverat, captumq; indoluerat.

Primores Collegiorum jam agitabant animi sensa sigillatum edere, nisi interrupisset sermones unus ex speculatoribus, nuntians, adventare Legatum, lugubri habitu, submissa barba & pompa quasi funebri tetricosum. E vestigio Præfectus ceremoniarum atrienles mittit exploratum, de sorte & condicione peregrini hospitis? qvæsitumq; qvorum hominum esset? Regressi respondent, esse libertum Ducis Sagenensis aulæ Cæsareæ Ex-Præfecti, eiq; nomine Pallas Servitorius, desiderare Apollinē adire, precesq; Patroni exponere.

Hinc novus rursum habitus animorum, reputantium, quid deniq; portendere tlegatio insolens? cum ab exule ac proscripto proficeretur, non à Principe satisfuncto nec publico nomine. Qvæsitum idcirco an admitti possit debeatve Orator? Præsertim cum videatur tantum qvestus, dolores & lamenta ferre, id judicare pullam liberti togam, loqui multum in mœrorem compositum: Abigendum existimabant Stoici & Epicuræi novum hominem, dandam illi provinciam, ut Boëtium de consolatione philosophiæ repetitæ prælectionis, Patrono traderet, qvâm serenas mentes &

tranquillitatem Parnassi ejulando perturbaret. At vero Pallas propositi pervicax, misit ad Apollinem literas fiduciales amplissimæ facultatis, qui arrogantiam superbiamque mortalium, benigna solet clementia ulcisci, nunc etiam responderi jussit: *Senatum Palladi dandum extra urbem*. Rara patientia tulit Orator, solennem ingressum sibi praescindi & accessum differri. Consuevit enim Apollo singulis manuum Calendis, supplicum preces publice audire, cognoscere, & meritum cuique decus tribuere vel negare.

Condicto igitur mensis Decembribus die, Numen omnium scientiarum, insigni Majestate ac pompa è palatio Delphico progreditur, comitantibus Serenissimis Musis, Principibus, Regibus, ceterisq; hominibus, pace vel bello, ense aut calamo ingenioque inclutis ac gloriiosis, quaque post facta egregiam famam ad posteros propagarunt, & nunc etiam aeterni nominis decore florent, ac per virtutem in animis mortaliū vivunt. Comitia tum in suburbana villa Senecæ, Stoicorum Principis habebantur. Solium postquam occupasset Delphica Majestas, reliquus etiam cœtus circumseisset; ingressi sunt primordio, ex literatorum sectis Apollinem rogantes, uni, ut aboleret inviduosum dicterium, quo barbarè ajunt, *Meri Legista meri Aſnifæ*: Alii militum nomine, orantes, ut de commeatu & annona exercitibus mature præspiceretur, ne bella publico exitio desererentur. Et quanquam Mars idem validè urgeret, acerbam Qvæstoribus multam minitans, res quidem magnis contentionebus agitatae, sed negotium dilatum fuit; perinde ac desiderium illorum, qui ex avito & claro sangvine oriundi, petierunt, ut recens numularia Nobilitas, in immensum pullulans & excrescens manifesto discrimine ab antiqua discernetur.

Introductus per præconem novellus Legatus, Pallas iterius,

21

torius, incessu debili, lentis gressibus, ore funebri, moerore
inarcidus, & futuri anxius visebatur; at revocatis audacis in-
genii viribus, ita loquitus est; Serenissime Apollo litteraria
Pater patriæ, vosq; Patres Conscripti, Mirari video inopinatū ad-
ventum meum, quod mundo adhuc superstes, Parnassi ad beatas
sedes penetrare ausus sim. Conatum Patroni mandatiq; necessa-
ritas excusabit, cuius voluntati ut Manlianis imperiis repugnare,
vix unquam impunè licuit. Is equidem ex terrestribus oris
proscriptus, exspes cuiuscunq; culminis inter mortales, triste ex-
ilium patitur: Ne tamen incomparabiles ingenii dotes, artes ar-
nimi, sapientia & experientia sua presidia, inane otium & se-
gnities oblitterent, inter Parnassi cives recenseri, & cooptari hu-
miler, nec inique forsitan, obsecrat & obtestatur, meq; ad id
exornandum, ad Tuam Majestatem Apollo, Augustam hanc co-
ronam destinavit. Palam est Celsissimum Ducem Saganen-
sem Wenceslaum Principem Lobcowicium, gloria & annorum
plenum excidisse fastigio Aulica Praefectura, in quo Cesaris sum-
mum judicium illu collocarat. Suone factio? an aliorum invidia
obratus? anceps & dictu ambiguum. Cognovi prob dolor! quan-
tis casibus humana omnia vertantur, & nihil tam securis radici-
bus nisi, in quod violencia fatorum non valeat; Nam ut quic-
que aetiorum concenderit locum, eo apertior tempestatibus for-
tuna. Optimum quemq; altissima cupere, iralatitium est, nunc
tamen, qui id iniquius interpretantur laudatissimos conatus am-
bitionis nomine deturbant, propriamq; ignaviam hoc velo te-
gunt actuentur. Patronus meus adhuc adolescens, speciem ex-
celse magniq; nominis vobementer appetiit, intravitq; animum
militaris gloria cupidus; hinc prima casirorum rudimenta Alber-
to Duci Fridlandie, hem! quanto Imperatori bellico, adprobavit,
eiusdemq; fortitudinem præclaraque facinora, ut imitationis e-
xemplar posuerat sibi. Mox ubi sublime ingenium ratio & aetas
mitigarunt, in Aulam digressus, ut civili non minus prudentia

C3

animu

15

16

17

8.

animus imbuteret, semper tamen, quod est difficillimum, retinuit ex sapientia modum; nam interrogata hac semita, nihilominus aequaliter ac in asie & campo bellicis consiliis tam graviter invenit, donec omnibus, ab initio exordiendo, Magistratibus & honoribus perfundens. Aula summa prefectura ut miles veteranus rude, donaretur. Sedebebat! neutri Boemice gentis civi meo, contigit, integrum nomen ad tumulum deferre, longe latèque domini sunt, ne innocentes morerentur, vicissitudo rerum, ac liberorum amulorum utrumque interemit. In solarium mæroris cedet, ambos inauditos & indefensos, tanquam innocentes perire. Potuisse de criminibus quaesito insitum, judex & defensor dari, sed id forsitan inimicorum astus & malignitas exclusit. Unde dubitare cogor, sit ne aliquid in nostris consiliis? liceat atque inter abruptam contumaciam & deformem obsequium, pergere iter, ambitione & periculis vacuum. Herculeos labores Duci Saganaense domi forisque, pace & bello exanlontos, ingentiaque merita, quæ ipsum Parnasso commendare valerent, hic percensere, & verbis obsecurare lubens abslineo. Hodie enim obtrectatio tantum & libertas pronis auribus accipiuntur, & ob virtutes certissimum periculum. Neque etiam relatu illius virtutum, in comparatione aliorum locis, vel opus est, cum Ceteros mortales orbis concordiudicio, sapientia & ingenio antecellat. Neque valde sollicitus sum, quod vulgares hebetioresque mentes, quibus nec veritas nec iudicium, occipiant mortuo leoni insultare; Atrox in Duce & immane ingenium damnant; Astego adfirmaverim, quod is vulnus habituque moris antiqui, estimatione recta severus, deterius autem interpretantibus sevus habitus fuerit. Monere molli sermone, rogare est. Blanditiis autoritatem salvam & illibata memorem, nemo sapiens afferet, tutius semper habitum terrore quodam illam circumdare: juncta Patroni mei veriverbum; Qui non est formidabilis, non est considerabilis; Qui non est considerabilis, est aut erit miserabilis; Scilicet salutaris rigor,

gor, vincit inanem speciem clementia. At lepidum est objectari
 Duci Saganensi vivacem oris promptitudinem? quam procatita-
 rem & lingua ferociam vel petulantiam indigitant) jocos & sa-
 les, quibus inspecula quasi locatus ineptias & reprohos mores,
 acutè excipere suerat. Quid elegantius quam ad omne ver-
 bum sententiolam habere? quid urbanius quam omnium dicta
 factaque excipere improvisis facetis? Huic venustati cum acce-
 ret potentia dicentis securaq; audacia, regnavit ubivis, hac
 jocatione, non ingrata etiam illis quos lacessebat. Ingenium illi
 mixtum concedunt, nisi quod aliqui ad stoliditatem declinasse
 velint. Largior, quod promptus & paenè turbulentus animus,
 impetus pectoris diversos suscitarit & exciverit, & cum mole sua
 unus alterum premeret & præveniret dissinos quandoq; sermoni-
 num sonitus prorupisse, qui sinistros assimilatores fallere potuer-
 sunt; cum tamen Dux Saganensis in allos concentus eosdem
 subito temperaverit. Nam ipsum id unice egisse novi, ut habili-
 fuso se suasque cogitationes tegeret, ne cui aditus esset ad inten-
 tionis actionisque interiorem contemplationem. Propterea
 illi solempne fuit, idem asserere, negare idem; jubere ac interdi-
 cere eodem nutu; varios sermones cum variis callido deflexu in-
 situere, semperque ejus generis, quo audientibus posset impone-
 re. Nam doloso aucupio insidias parantes, dicta factaque no-
 stra suo ex genio malitiaq; interpretantes vel accidentes, deci-
 pere & frustrari, illorumq; audacia scelere licito ulcisci, quid ve-
 tat? imò fas est. Consiliorum astutiam, quam dicunt, felicitas
 comprobat, & quam sensuum validus Patronus meus, quantaq;
 solertia hic versatus fuerit? ad publicam famam provoco, illa
 me tacente hoc assatim de prædicat. As! non innocua hac, sed in
 propriationem utilitatis detorta, clamitant, qui desiderium
 res suas augendi, avaritiā nuncupare volunt. Nesciis scilicet Mi-
 nistrorum Principis, primam & assiduam curam esse, felicitatem
 dignationis sua, semper in columnis & salvam custodire, proxi-
 manam

15

16

17

mam etiam sollicitudinem, opes interim cumulare, & fructus ex arbore gratia decerpere ac colligere, ut si à tanto apice excidant, saltem felix pristine potentia monumentum, ad reliqua vite securitatem duret. Tam splendide fortune questum non abjectit, sed satis eruditus Dux Saganensis utilia honestis miscere, se posuerat aliquam pecunia vim, in senectutis vel posteriorum usum; sed invidia sevientis fortune, magnam thesauri partem aliorum transtulit, & pupillam hanc oculi evulsit. Impatientior doloris sensus, quod futuri alioquin providus Dux, non curaverit potius in Patriam asportare divitias, supellecstile & utensilibus Vindobona relictis.

Præterea injurii sunt, qui superbiam arrogantiāq; accusant, in argumentum supercilii trabentes, duriores congressus, qui per ambitum, & societatem Consiliorum (illitita dicunt) quarebatur. Videlicet affabilem comitatem, ac cetera private caritatis iura, in illis Ministeris exposcere, per quos principes, præcipua sua potestatis monumenta exseqduntur, vanum & insulsum; cum maxime hæc aditus & loquendi ambitiosa difficultas, reverentiam conciliet, quo freno cohibetur vulgus, aut timore adsuetum, aut spernere. Et frontis aperitatem quis non excusat in iis, qui perpetua negotiorum serie & fastidio attriti, non possunt utique eandem semper vultus serenitatem obtainere. Malos etiā sine discrimine lascivientis lingua ferocia petuisse ac injuria adfecisse, ferunt, sed honestius putabat, offendere quam odisse. Nec in austerritate subsistit cavillantium malignitas, arguunt non minus, amoris, & insignium fœminarum commercia; Ast Duci Saganensi concors conjunx, aliquot partus enixa, domit tamen servata & cohibita, docet quod ipse rei Domestice negligens, unum imperium remq; communem respexerit semper, negotia scilicet pro solatio amplexus. Certe cum in Aula, inter cœtus & sermones muliercularum observaretur, aliquod ei levamentum indulgendyn, ne semper solus, & nullis volutatibus

tabus avocatus, meslam vigilantiā & malas curas exerceret, men-
temq; tristis solitudine exederet. Nimirū iniuste nilem ardorem
compositus, amoris simulacro, robur animi egregium, vigorem-
q; annos ac statem supergredientem, ostentare gesiebat. Satius
existimans amore consilio adhibito, licitiq; jocis, quam alia &
anxio lusu tempus fallere ac opes consumere, pariterque amicos
perdere, Glucrando inimicos parare. Amanuensis Rufini operas
serviles, propterea in pretia habuit Dux Saganensis, quod vidis-
set Ducem quoq; Fridlandum, Italorum hominum ministeria &
servitia in solemnissimuhabuisse, ipse etiam sobrius ac sponte ab-
stemius, Germanorum ex vino potuq; madidas & undabundas
mentes, pertinaci semper odio & fastidio contempsit rejectiq;, tan-
quam scyphorum solummodo, & nullius reconditi astus capaces.
Deniq; invidi Mortales, qui pari dolore aliena commoda, ac suas
injurias metiuntur magnitudinem criminacionum, commendo
perfidia, proditorio dedecore aut perduellionis scelere obtegunt,
cumulantq;. Et cupidine ingenii humani libentins obscura cre-
duntur & vulgantur. Invisum scilicet semel & afflictum, seu ma-
lefacta premunt. Proinde Patronus meus nihil inexpiable à
se admissum, sancte affirmat, neq; suspicione imbecillas aut in a-
nia famae pertimescit, & relinquet rumoribus tempus quo sene-
scant, plerumq; innocentes recenti invidiae impares, adeoq; pe-
nes se decrevit, supplicii sui consilia & rationes neutiquam ex-
plorare, aut immature sacrilego ausu defensionem instituere,
sed submittere animum sevienti fortunæ. Extremum nunc illi
votorum est, obtainere in placidis hiscè sedibus locū, quo otii &
desidii & inimicū, excelsa ingenii dona expromere apertumque
reddere queat, Rempublicam sui includi, nec unquam aberran-
tis consilii egenam esse. Sit ipsi Serenissime Apollo statio inter
belli Duces, aut civilis sapientia primores, quos politicos dicunt.
Parnassus semper habitus fuit, oppressæ virtutis tutissimum ar-

*Sylum, qui ut nunc etiam Patrono meo pateat & permittatur,
obnixe rogo & obtestor.*

Postquam hoc modo Pallas Sortorius, prolixam mali
seriem, dolentibus verbis, & ipsis pene gemitibus affabre
in conspectum dedisset, respondit Apollo; quieto esset ani-
mo, consulendos primum Monarchiæ litterariæ Optimates,
exqvirendum consensū præcipue eorum, in qvorum con-
sortium candidatus cooptari prætenderet. Inunctum itaq;
Dictatori politico C. Tacito, ut associatis sibi aliquot belli-
cis Imperatoribus, Seneca etiam, aliisque Philosophis, tum
Catone Censorio, & qibusdā scriptoribus historicis sole-
mni more inqvireret, statueret ac decerneret, an deprecato-
ri annui, & Parnassi jūs civicum indulgeri queat? rite agen-
dum negotium; ne amori vel odio qvidqvam detur. Hic
interfari Pallas, anxietatem pectoris promere, spem metum.
que proprium prodere, & subsidium suæ fortunæ ejulando
qvarere, exorsus erat; Sed dissolutum Concilium, silentii
necessitatem misero imposuit. Pallescente igitur in albedi-
nem vultu, consternationis plenus, lassis poplitibus, succi-
duis ac titubantibus vestigiis regressum emetitur. Mox
tamen facta constantia artes Patroni induit, & tumidum a-
lias spiritum recuperans, existimavit nil expeditius fore,
qvam Assessores consilii callidis persuationibus prensare,
pollicitationibus ementitis singulos delenire & nutrire, ut
favorem & misericordiam eliceret.

Primum aggreditur Cornelium Tacitum, familiariter
olim sibi cognitum, verbis magnificis spem faciens largissimi
sumtuum subsidii, quo Annalium & historiarum fra-
gmenta amissaq;; ex integro restauraret ipse, vel per orbem
Terrarum proposito præmio investigaret & recuperaret.
Tum Patronum id acturum, ut amplioribus imposterum
splendetceret dignatibus, cuius consiliis & dogmatibus se
feliciter

feliciter qvondam usum, deprædicabat. Sed Tacitus aduersus blandientes incorruptus, præter opinionem Palladis difficiliorem se monstravit, pristini rigoris & libertatis tenax. Exercituum Imperatores apud Martem tunc uniti, deliberabant, qvid elapsaestate in acie & castris probè vel se-cus gestum esset, & qvemadmodum militaris disciplina in lascivam & licentiam versa, reduci ac emendari queat, cum fortè fortuna Pallas conclave subiret. Idcirco Dux Albanus, Tillius, Annibal Carthaginensis Cæteriqve, autumantes, Palladem audere abortivam suam sapientiam, ad bella & prælia extendere, vix non pepulerunt importunum & perfida frontis hominem à limine & ingressu. Albanus immensum excandescens increpuit illum, ne vanissimo conatu audacior fieret, ne ambiret Patrono bellicum decus, imputare, non enim hic Martia encomia & fortitudinis gloriā, ut in Aula militares Magistratus, pravis artibus, absq; sanguine fuso fallaciis & astu acqviri; Viris fortibus indignum facinus esse, fraudes & emulationem cuniculos machinari, tristi adulazione grassari, & foedis columnis, interdum etiam intempestivis laudibus invicem laceſſere, & inimicos pervertere. Laudabilius fore si militaribus ingeniis subtilitas desit, & cum plura manu agant, calliditatem aulae profligent. Manifestum ait Tillius, degenerare Aularum ambitionem, Ex-Præfectus enim nuper ad extrema jurgia cum alio prolapsus, injuriæ atrocitate utrinque dissimulata, neuter in arenam descendere, & manu ignominiam abolere sustinuit. Illum ipsum esse qui milites & arma odiſſet, non pacis amore, sed compendiosiore vestigio ad lucrum, & emolumentum è Republica tranqilla. Ejusmodi farinæ homines, ego prompta dextra ulcisci s̄vetus sum, dixit Annibal, cum in foro Carthaginensi orantem olim ex suggestu manu injecta detraherim, Africanus Scipio inquit, dubium est

esse sibi an Ex-Consul muralem vel Civicam coronam meruisset? certè nunquam illum triumphasse notissimum.

Ad Philosophos igitur se convertit Pallas, prece ac pretio instans, ut Patrono & sibi adversus communem metum, patientia vel sapientia firmitudinem darent, & lorica munirent, vel concederent tutum delitescendi locum; atque illud pro sese acrius flagitabat libertus, timens ne pari cum Patrono procella perculsus ruinæ involueretur. Solius Diogenis Cynici plausum meruit, quod Ex-Consul dogma illius strenue secutus; Nibil scilicet turpe reputasset, quod naturale est. Stoici fœditatem morum exosi, & opum securi, dixerunt; Fatuari desineret aliquando Ex-Præfектus, alioquin ellebori potionē sanandum, non esse in Parnasso missilibus locum, ubi mures ferrum rodunt. Ex-Præfectum nunquam dedisse operam, ut splendidum Mœcenatis nomen ac decus reportaret, beneficia in homines vafricie quam probitate insignes sparsisse; Eumq; perfunctoria lapientia illibatum, Captatorem tamen communis auræ super omnia illud spectasse, ut litteras non tam nescire videretur quam temnere. Finito demum consilio, rebusque invicem ponderatis, jussu Apollinis ad Cornelii Taciti prædium ductus fuit orator Pallas Sertorius rerū suarum jam trepidus, audivit Dictatorem Tacitum dicentem *Ades dum liberte.* Norunt cuncti, quod tu quoquo facinore properus clarescere, olim arcanorum Patroni, & nunc propemodū fortunæ consors, adversus publicum odium privatam gratiam preparare volueris; Sed cum familiaritate Ejusdem semper prosperè, nunquam bene usus sis, adrependo tristi adulazione Ex-præfecti auribus, concubia plurimq; nocte occultis colloctionibus, cuncta ex peritia morum illius, onerans vel accendens, potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus, exemplum eorum sequutus es, qui ex pauperibus divites, ex contemptis metuendi, cladem aliis, ac postremus

tum sibi innencere. Qui ergo nunc ex foris periculi esse debetas,
 quin cum ceteris rerum atrocium Ministris, in ruinam trahar-
 ris? Vix te tuebitur amplius contra Senatum Tiberiolus tuus,
 cuius amicitia ferociter gloriatus es. Socordiam tuam nunc ir-
 ridere libet, qua præsentis potentia, & jam tum nutante sequen-
 tie etiam autoritatem etatis non exsingui posse credisti. Insigne
 tamen inde exemplum, quod quo obsequio florentem celebra-
 veras, præcipitem non deseras: Laudo pietatem tuam. Cate-
 rum quæ in encomium & expediti beneficiorum rationem, hic dispe-
 ruisti, solida, vana, & si mollius accipiamus, miseranda sunt.
 Etenim vitiis quibus solus gloriatur Dominus tuus, evertere
 Imperium posset, etiam cum amicum Imperatoris ageret, & si
 quæ sunt ad virtutem & laudem illius egregia, sine turpi macu-
 lativit. Cesserunt prima postremis, bona juventæ Senectus flagi-
 tiosa obliteravit. Illustre equidem ingenium altioribus studiis
 haud tradidit, latam voluptatibus adolescentiam agens. Con-
 tendere voluisti Pallas cum Fridlando Lobcovicium, postquam in
 contubernio istius armorum rudimenta posuit. Hic quod de L.
 Sulla & Cajo Cesare, Tiberius olim prædixerat, & mihi in An-
 nalibus memoratum, repetendum duco; Nimirum omnia Frid-
 landi vicia, & nullas ejusdem virtutes, habuisse Lobcovicium.
 Ille enim præcipua rerum & factorum ad famam & glo-
 riæ direxit, ejusq; causa modo largitio & luxus, sapius indu-
 stria & vigilancia, haud minus noxiæ quotiens parando regno
 singuntur. Hic segnis & flagrantissima libidine torpens, sine si-
 ne dominationem, quidq; in hoc consilium conducere posset, ma-
 gnitudinem scilicet opum spectavit, alioquin sordide tenax, &
 fœda avaritia maculosus. Superbia, sauitia & ambitione pari-
 ter immodi ci qualiebatur Fridlandi exemplo Expræfecti seigne
 ingenium, ut concupiseret magis quam speraret. Utrumq; fe-
 licitas in vecordiam vertit. Maxime formidolosum fuit, pri-
 vatorū hominum potentiam, supra Cesaris ascendere, rem quoq;
 D 3. commun-

8.

communem in id discriminis redactam, ut pereundum fuerit,
 nisi confessim perderentur, atq; exitiosa in Rēpublicā consilia,
 ac materies scelerum tollerentur. Postquam turbatores contum-
 aciam & perniciem quam obsequium & securitatē maluerunt,
 facio, non consulto opus fuit. Et licet causa coram Praetore non
 sit agitata; falsaperinde haud sunt, etiam quæ vera esse solemniter
 non probantur. Cesari summum judicium Dii dedere, non
 ut in foro actione instituta accusationem perageret, sed quoties
 publica salus id requirit, salubrem subitamq; vindictam stringeret,
 & hostium loco nefarios illicet puniret, sicuti insidiatori &
 eroni nulla potest injuria mors adferri. In proposito est, quatuor
 culentia & infaferocia Expraefectus egerit, quando cum ratione
 insanib; quin minas cedibus & suppliciis misceret, denegatō si-
 bi in id potestate retentus fuit. Impotentiam animi, offensas
 sine discrimine & causa, arrogantiam & superbiam, virtutū qui-
 dem vocabili appellatas Orator; sed te hæc magis inspeciem ver-
 bis adornasse, quam penitus sensisse credo. Nam inimicitiis cape-
 scandis facilis, præceps in imm, & quo obscurior eō irrevocabili-
 or, quandoq; tamen gravi & dissimulata offensione odium abdidit,
 perinde secretum silentiumq; ejus suspectum, ac si aperte fure-
 ret. Aliquoties incautius efferbuit, errore in pœnitentiam mu-
 tavit, in tristem adulacionem demissus, ad assentationum formu-
 las privata indecoras prolapsus, veniam injuria supplex depre-
 catus est, & quanto magis falsa erant, quæ siebant tanto plura
 facere. Eatenus fama moderationis quarebatur, postquam arro-
 gantiam expleverat. Superbiā ejus nemo per obsequium &
 modestiam effugere potuit, patientia nihil profectum, nisi ut gra-
 viora sequerentur. Interea quidquid in illo autoritatis erat,
 crebris contradictionibus destruit, scilicet optimum quemq; jur-
 gio lascens, & respondentī reticens, ut pavida ingenia solent.
 Acerbis facetiis quibuscung illusit, earumq; acris apud preparan-
 tes

tentes memoria adhuc baret. Ultinam ista facinora inter privatorum damna sitissent, ast bona malaque ejus ad Rem publicam pertinuerunt. Ludicra enim seriis miscere solitus, juxta vesaniam vel amentiam cum dedecore dignitatis sua egit. Legatos vel Oratores ceterorum Principum aut Rerum publicarum pariter explodere, aditum negare, excludere jam praesentes, solemnne erat, excusans ardua rerum, & negotia urgentia, nempe ne somno tempus falleret, suisque solum ineptiis ac nugis vacaret & indulgeret. Stolida certe & indecora simulatione vel oris procaecia eò excessit, ut nullus amplius artibus fidem inveniret; quod si modum orationi posuisset, gloria animos audientium impleturus, verum largissima promissa speciosa verbis, re inania aut subdola, spretajam & exulta, nec rudiorum credulitatem elicere potuerunt amplius. Quoniam ne sibi crederetur multoties præmonuit & postulavit, vir omnis fidei desertor. Fortuna consiliorum Exconsulii pronis animis auditæ, sed postquam ad prævidentiam sapientiamque flexisti, nemo fere risus temperavit. Nam ut callidum illi ingenium, ita anxium judicium. Sedit in Senatu verba patrum cavillans, interim satagens ut tutæ, quamvis obnoxia, differeret, ac privato usui publicum bonum postponeret. Plerumque in illius suffragio ancipiti, plus astutia & assentationis quam fidei fuit. Etiam in rebus quas non occuleret seu natura sive assuetudine, suspensa illi semper & obscura verba; in consultando autem nitenti, ut sensus suos torqueret, aut penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabantur. Qua hæsitatione eò proiectus est, ut negque alieno suau regeretur, nec sum ingenuè expediret. Consilii scilicet quamvis egregii, quod non ipse afferret inimicus, & adversus peritos, pervicax. Vito ipsi merito datur, quod in hoc concusso Orbis motu, nulla cura fuerit, debonastari extrema imo interiora Imperii, dissimulans quippe damna, ne cui bellum permitteretur, atque ut pax industrios & signaves in equo teneret. Habitus enim semper fuit

pas.

15

16.

17.

par negotiis nec supra, & qui omnia serviliter pro Dominatione ageret, nibil abnuens dum illius adipisceretur. Consentaneum est, nec meliorem seruum nec deteriorem Dominum fuisse, quam celebrem Expræfectum. usurpare solitus, non esse indicium magni Principis, magnos libertos, quam turpiter autem Rusino probrofissimo servorum sese subdiderit, ab ejusdem arbitrio seu libidine pendens, nemo sufficienter exputarit. Ipse quidem Fridlandi Ducus institutum emulari voluisse fertur, cum tamen præsens quasi viderit, quod exteri illi, ex Latio homines ingentibus donis & honoribus sati, præ aliis ruinam Domini procurare accelerarint. Siles, Fridlandum optimum quemque ut fidelissimum elegisse. Eminentes sectatum fuisse virtutes, Rusinos similesq; ex ima colluvie, quibus nulla honesti cura, ut ipsa vitia odio habuisse. Noster verò ab hisce nec periculum sibi, nec dedecus publicum metuit. Fama labefactata temnuntur virtutes, ipse verò centemptor etiam sua infamia, perspectorum jam scelerum Rusni, tam diu nescius videri voluit, donec fiducia sui exca, vel assiduis adulationibus corrupta mens, propria pernicie veritatem sentiret; apud posteritatem gliscet certè dedecus, ex ejusmodi de honestamentis partum. Et quanquam Ex-Consulem ut vulgus dispergit, scelere fidem abrupisse, non satis adfirmetur, Rusinum tamē, ex ingenio suo griffari, autoritate & nomine abuti passus est. Scilicet cum secum præmia per fidia servilis animus reputavit, simulq; ingens pecunia & potentia obversabantur, cessit fas & salus Patroni. Juret dejeret & dira quæq; imprecetur sibi Expræfctus, innocentiam perinde nemini probabit, nec ipse forsitan deposceret, de eadem sibi per superos & inferos severanti, credi posse, postquam fidem suis dictis adhiberi severè vetuit, proinde vana est & vecors hominis ambitio, parva sum ingrediendi, priusquam abdicatis vitiis virtutem colat & amplectatur. Quo sine salutaribus stoicorum præceptis animum imbuat, ut mansuetior tranquillas basce Regiones

33

ones scundat. Tu Pallas discē, potentiam cautis quam acrioribus consiliis tuto haberi, & iussu Appollinis ad tricesimum lapidem festinato itinere discedet, ne intra parnassi limites à poëticis satyricis deprehendaris. Interim in Aula Cæsar is nuncia, decrevisse Apollinem Divo Leopoldo solemnem panegyrin, Plinio secundo dicendam, quod infinita sua laude ostenderit sibi non esse infra servos ingenium. Glorie hoc præstabile argumentū, quod facundia universi oratorii ordinis, idonee nunquam exbauiat. Experiendo id ego cognovi, cum enim olim Neronem deterrimum quamvis Imperatorem, hoc præconio non indignū scripsisset, myriades auri, vel ipso Apolline censente, non valuerre in simplex quoddam redhōsimentum. Cato Censorius in procinctu stabat, qvæ severa castigatione reprehendere, morum Expræfecti improbitatem; satis demum ipsi fuit, rejectum esse candidatum; alioquin ajebat, nec Musarum pudicitiam vel cubilia tuta & illibata fore. Seneca fasciculum florū, ex suæ disciplinæ dogmatibus lectum Pallanti tradidit, qvo animum Expræfetus interim permulceret; tenebriones Scholarū hascè sententias è vestigiis sapientum, ut socratis discipuli sputum ejus, linquunt, nunc tamen oratori frustraneo gratissimum donum visum, ne omnino nudus & inops ad Patronum remearet. Rursum accipiebat Cornelius Tacitus; Maxima qvæqvè ambigua sunt, dum alii qvo modo audita pro compertis habent, alii vera in contrarium vertunt; propterea serio & severè jubeo Pallas, ne tu aut qvisq; vam ex tuis similibus, causam ruinæ Ex Præfecti indagare præsumat, nam jure merito illum damnatum nemo negarit, nisi qvi scelerato ausu Clementissimā Cæsar is mentem incusare vellet. E contra cunctis in conspectu sit, Sanctius Greverentius esse de actis summorum principum credere quam scire. Mœror & luctus eatenus debilitarant libertum Pallantem Sertorium, ut inclinato saltē capite ex Triclinio

E

15

16.

17

nio regrederetur; forte qvod trepidatio & irrita legatio ul-
teriorem orandi facultatem oppressissent.

Vides hic Amice successum & fatum Principis Lobco-
vicii, ea qva par est integritate & fide perscriptum; is enim
mihi nec beneficio aut injuria cognitus. Dispergit vulgus
atrociora imminere, ultionemqve Cæsar is nondum expli-
tam, de hiscè pro amicitia mutuæ vinculo te certiorem red-
dere non intermittam; pollicor tibi non minus supradi-
ctum panegyricum, si Plinius illum publicæ lucis fieri sinat;
Nec non si Cato Censorius edat, qvod recenter suppressit.
Vale interim & me ama.

* * *
Ovid Scrutaris Viator?

Credas te versari hic, non in foro Scrutario,
Sed inter mortaliū exuvias & umbras.

Vivosne? an mortuos?

Vel potius vivum inter mortuos, qvaris?

Deprehendis hic statuam, statutam Vivo-mortuo.

Zeno Imperator vivus & spirans, tumulo illatus exspiravit,

Qvod hic conditur cadaver, anxia & adhuc suspiria trahit;

Fato functum civili

Civiliter mortuum

Sciscitaris quo ægritudinis genere?

Scito

Parcam diu pepercisse, ne tabe, hydrope, angina vel
argenti tangina, aut febri maligna, hominem elinguem red-
deret.

Qui valetudinem rexit Medicus, adeò nova infirmitatis
Sorte laborasse respondit, ut nomen ex orbe novo peten-
dum sit.

Sufficiat tibi

Uno momento, uno ictu, uno noctu, unius vestigii lapsu

Monu-

35.

Monumentum hoc
Sine Exequiis.
Sine Naniis.
Ingredi noluisse sed debuisse;

Quem?

Scilicet qui quinquagenariae matris primus partus,
Ortu mirandus,
Vitanemini comparandus,
Occasu non miserandus.

Is fuit.

WENCESLAUS IMPERI NOVEL- LUS PRINCEPS. LOBCOVICIUS

Ex Iberico *Loco & Virtu* conflatus.
Ex milite, repente belli Imperator
In toga & sagu SAGANENSIS DUX

Minister qvondam

Apud Cæsarem primariae dignationis & caritatis

Consiliorum Antistes

Provinciarum Praes

Aula summus & Exlex Præfetus,

Imo Dictator?

Romano legi Sulla non absimilis, si morbo pediculari pariter per-
iisset.

Molem corporis ingentem hinc collige.

Molimina etiam ingenii perpende.

Delitescit tamen in angusta hac quam cernis tumba

Animus timidus, vel tumidissimus.

Quem spes, vota, desideria, cupido & lubido

Tum Fastus & Ambitus

In vastitatem *Colossi Rodii* extulerunt

Et fastigio æquarunt.

Vani & evanidi spiritus turbulentio in pectore & cerebro
dominabantur! montes parturientes.

Ægri autem pedes,

Non nodosa podagra,

E

Sed

15

16

17

36!

Sed firmitudinis defectu adfecti erant, nec officium explebant.
Constabat, fama potius quam vi potentiam stare
Attamen Lobeovicus famam suam negligens, proculcavit

Ergo.

Celsus, Celsior Celsissimus

Cecidit & excidit culmini

Præceps Princeps, lubrico è fastigio in imum ludibrium
Et cum nemo accurreret

Quilapsantem erigeret

Consternatus, concussus, conturbatus, conqvassatus, conclamatus

Jacuit

Expes Exors & Excors.

Aulæ Ex-Praefectus, Senatus Ex-Consul, Provinciarum Ex-Praes.

In Boëmia qvondam tutelare Numen

Nunc Exsul

Deportatus

Cum animam ageret, ultimo elogio servitiis reliquit

Justa sibi fieri.

Ast sumptuum & splendoris, non Venere ised funerei, inimicus,
Sibi sumpli funus suum ducere & efferre.

Dixit;

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletis

Faxit.

Specaculum admitti risum teneatis amici.

Dictum, factum.

Ad parentandum comparuit nullus & nemo ex suis.

Fuit parens non orbus, sed sine liberis, qvamvis partum

Non unum, sed plures, ut Pater ritè sustulisset.

Conjugatus absqve suavissimo connubiali consortio,
nullo discidio cum Conjuge, prudentiæ egregia intercedente,

Vixit solus

Sponte qvasi Coœlēs

Sed

Omnium mulierum Maritus.

O! amici, nemo amicus,

In Domo principum, nomen tantum amicitia, inane irretitumq;

remancet.

Merito

37.

Merito apud illum

Qui cum ullo mortalium vix solida fide coluerat, qui nullum
sincere coluerat, fidos Clientes respuerat.

Omnes aspernans

Nemini bonus, quam sibi

Proinde prosperis rebus spe metune certantes, ad obsequium
fortunam adversam, omnes ex æquo detrectarunt.

Quid Amicæ? Quid Astrea?

Luxit Adonidæm Venus.

Sed nulla diu foemina pondus habet. Illæ jactantius mœrent quæ
maxime lætantur.

Aut Deus aut lapis est, qui non juveniliter ardet.

Juvenis admodum qui hic occulitur senex

Olim

Acbilles Martis in Campo, Paris Veneris ac acie
Nunc.

Turpe senex miles, Turpe senilis amor

Adhæsit quondam Dominae vultibus

servus Cupidinis.

Solutus vinculis satis est. Impetus

Invenit exitum.

Sed mox

Bella gerunt alii, tu pari semper amas.

In ardore juventutis, atmis telisque abdicatis, amore dominationis
amplexatus, in Aula appulit, ambitionis meta.

Cum Jasone, esurire se credidit, quotiens non regnaret

Cum Jasone pariter Medeas & Creusas deperire non omisit.

In Argonautarum numerum & sodalitium receptus

Aureum Vellus reportavit.

In Senatum Sanctiorem allectus, sedit initio subdola modestia
taciturnior quam ii qui Pythagora fuerunt initiati
de cetero quid gesserit scire aves?

Fuit

Illi loquentiae multum, sapientiae parum

Ille nimius verbis, ore procax, Cavillator futilis, calumniis atrocis,

Inferiis jocosus, in jocosis scurilis

Laborum exosus, in nugis negotiosus.

In

15

16

17

In ipsorum negotiorum ardore, ad fatuas & ad effeminatas inc-

ptias devolutus.

Sapientis nomen perdidit.

Providentiae ulum amisit.

Præsens absens, qvod agendum incumbebat minime egit.

Eguit semper alieni suppetiis ingenii, sui diffusus

Omnium judicio capax Aulici Imperii, nisi imperasset,

Pollens rara memoria, omnia feliciter memorabat, immemor be-

neficiorum

Polluit ingratu-

Cæsaris gratias

Qyibus potissimum eminuit

Clementissimi Domini sui benignitatem continuo irritavit

Vecors & Vesanus,

Usqveqvaqvè cum ratione insanivit

Ut palam offendiceret publicè lacesseret, nemini nec Domino par-

ceret

Vicissim

Uti subitis offensis, ita intempestivis blanditiis

Mutabilis

Invidia in occulto adulatio in aperto erat.

Si Expediret

Non deerat protendens manus, adulari, assentari, prensare proceræ

adorare vulgum, jacere oscula, precari, deprecari,

Omnia serviliter pro Dominatione.

Ex simulationum falsis compositus,

Habitu & ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ex-

terum

animo perfidiosus, ac subdolus, avaritiam ac libidinem occultans.

Oraculum se putavit

Nunquam profecto Verius, & ex tripode qvidquam dixit,

Fidem dari oportere, nunquam servari

Et fraudare homines & fallere Numinia Divum

fuisse foreque actionum suarum

Cynosuram.

Talis nunquam fuit, qualis videri voluit

Noſci

Noscitur ex loco qv in non cognoscitur ex se.
Fatum Mancipium, non in lepores sed familiare servitum, lateri
superstitis ita adhæsit, ut conglutinatas mentes
facile eredes, difficulter secerneres.

Illud

Novissimo contubernio, inter ferales has umbras,
Habitat cum Domino
Cæterum cum omnes Lobcovicii præcipitum horterent
intercessit & accessit,
Servorum illius luculentissimus alias
Nunc verò luctuosissimus, & funestissimus,
Solers nec iners,
postquam Variis artibus devinxisset adeò, ut obscurum aduersus
alios Dominum, sibi uni incatum intectumque reddidisset;
Negotiorum gestor
Strenuè fategit
Et omnem operam sollicitè contulit,
Ut Dominum infelici sepulcro circumdaret, abderet & obscuraret,
Tumulo haud recto, nec erecto
Cinerum feralem urnam inferret includeret & foedaret,
Virtutes & dotes serviles jam noveris, curiose exploratos;
Nomen ne ignores,
Hic positum non suppositum
Scilicet.

RUFINUS NUMULARIOLUS FERRARIENSIS

Monoculus lumine Iesus
perspicax Poëtaaster
In lustris docttor Medicus.
Ambigui adhuc nominis, qvippè ex Hippocratis vel Galeni præce-
ptis, nullius vîte latro, aut Salvator
Quanquam hypœrisia multis injuriis
Arcanoram infelix custos
Melioris fortuna quam fama secretarius
preditorie artis prestabilis polypus

p. 15

15

16.

17.

40.

pietate motus
Diis manibus & ~~non~~
Nomini Domini plus quam XII. Consuli
Nunc designato Ex Consuli perpetuo
Monumentum hoc
Iuvavit, posuit, destinavit, sacravit,
Qvod.

Nec temporum Injuria fatisceret
Quadrinibus columninibus sustentaculis firmavit
Nempe.

I.
Quarenda pecunia primum,
Virtos post nummos

III.
Deglubere pecus non tondere

II.
Jura perjuria secretum prodere
noli.

IV.
Oderint dum metuant.

Plaude vel plange
Viator
Casuum humanorum admirator
Vade, & si placet dic tecum
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

F I N I S.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777763028/phys_0045](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028/phys_0045)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777763028/phys_0047](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028/phys_0047)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777763028/phys_0048](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777763028/phys_0048)

DFG

19,

Nullæ illic neniae, nulla luctus imitamenta cœtur, nisi debachantis lascivientisq; ve plebis non plausus, non suspiria sed dieteria, non preces sed nes. Hæc dum edistereret Mercurius, Ex-Præfectus, haud valdè mirati sunt virtuosi, habentes in oculis, Bironios, Ancreos, Guisios, aliorumq; præceter exempla. Portento tamen proximum judicarunt hominem ingenii, fictis virtutibus tam diu in auctoribus sua culpa invisum & superbia exosum, fasti potuisse. Abominabantur idolatriam, qvæter agitatus Dominus, funestum Mancipium, Ruget suum adoraverat, captumq; indoluerat.

Primores Collegiorum jam agitabant animi latim edere, nisi interrupisset sermones unus ex eis, nuntians, adventare Legatum, lugubri missa barba & pompa qvæsi funebri tetricosun. Præfectus ceremoniarum atrientes mittit exparsore & condizione peregrini hospitis? qvæsitum hominum esset? Regressi respondent, esse libet Sagenensis aulæ Cæsareæ Ex-Præfecti, eiq; nominarius, desiderare Apollinē adire, precesq; Patroni.

Hinc novus rursum habitus animorum, re quid deniq; portendere tlegatio insolens? cum proscripto proficiseretur, non à Principe satisfublico nomine. Qvæsitum idcirco an admitti posse Orator? Præsertim cum videatur tantum quereres & lamenta ferre, id judicare pullam liberti multum in mœrorem compositum: Abigebant Stoici & Epicuræi novum hominem; danniciam, ut Boëtium de consolatione philosophiæ prælectionis, Patrono traderet, qvām seren-




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 033

15

16

17